

Lettus de Anima.

sus iterioꝝ. et nota ꝑ hic est dubium quomodo intellectus dicitur intelligere per abstractionem a fantasmatibus: et tamen non intelligit nisi conuertendo se ad fantasmatum. Quantū ad illud videnda sunt tria. Primo quid est abstrahere a fantasmatibus. Secundo quo modo fit talis abstractio. Tertio trū intelligamus conuertendo a fantasmatum. Quantū ad primū dicit herueus ꝑ duplex est abstractio: una est qua res intellecta dicitur abstrahi per hoc ꝑ intelligitur preter aliquid quod est ei coniunctum in re et hec abstractio non dicit aliquam actionem realē que sit in re abstracta sicut vniuersale abstrahit a particulari sicut homo a sorte vel animal ab homine vel sicut mathematica abstrahuntur a naturalibus sicut circulus a cupro et de tali abstractione nō loquimur hic non enim simili modo dicimus specie abstrahi a fantasmatum sicut hominem a sorte vel circulum a cupro quia illa abstractio speciei a fantasmatum est realis actio quia fit species in intellectu possibili que non predicitur de fantasmatum a quo abstractur sicut homo predicitur de sorte a quo abstractur quia species abstracta representat naturam sine conditionibus particularibus. Abstractio ergo qua dicitur intellectus abstrahere a fantasmatibus non est aliud ꝑ quedam realis motio qua mouetur intellectus a fantasmatum. vel ad speciem intelligibilem vel ad actum intelligēdi. Non est ymaginandum ut quidam videntur ymaginari ꝑ intellectus quasi precognoscens ea que sunt in fantasmatum. videat ea et quasi accipiat vnum ex eis. Sic enī ymaginarii diculum esset. ymo ante ꝑ intellectus quicq; intelligat in virtute intellectus agentis. mouetur natura liter a fantasmatum. sicut visus non prius videns naturaliter mouetur a colore et sic patet primum. scilicet quid sit abstrahere a fantasmatibus. Dicitur autem talis motio abstractio cum ꝑ intellectus est superior causa quantum a fantasmatum. a quo dicitur fieri abstractio tum quia ex parte intellectus est aliqua virtus activa que habet effectum causatum a fantasmatum. et ideo videtur ꝑ quasi intellectus trahat ad se spem. Quantū ad hīn quomodo sc̄ fantasmatum. virtute intellectus agentis moueat intellectum possibiliter sunt tres opiniones. Prima est ꝑ intellectus agens agit in fantasmatum non aliquid imprimendo fantasmatum sed remouēdo vñ re vniuersali et singulare. proposita intellectus agens separata natura vniuersali cōditiones individuantes quibus impeditur illa natura a mouēdo intellectū posse et sic dicitur facere naturālē et potentē mouere intellectū possibilē ista tñ separatio sc̄dm eos non est secundū rē sed secundū rationē intelligendi istud aut nō videtur ex primo quia agens remouens prohibens licet nichil imprimat ei a quo prohibēs tollitur ut si dicatur ꝑ ambuens columpnā nichil imprimat directe lapidi supposito tamen aliquid imprimit ipsi impedimento quod remouet puta motum imprimere columpne impeditenti quam remouet. Intellectus autē agens nichil imprimit non solum nature vniuersali sed nec conditionibus individuantibus que ponuntur impedit ergo non potest dici ꝑ intellectus agens det virtutem fantasmati ad mouendum remouendo prohibens. Si dicatur ꝑ remouet illa non agendo aliquid sed subtrahendo influentiam sequitur ꝑ intellectus agens prius conseruabat conditiones individuantes vel ꝑ saltē conseruabat id a quo conditiones iste conseruabantur. quia nullum agens remouet aliquid subtrahendo influentiam suam nisi id ꝑ

mediate vel immediate cōseruabatur ab eo. hoc autem est inconveniens. Si intellectus agens sit cōseruans conditiones individuantes mediate vel immediate ergo rc. Item illud quod habet esse secundū rationē tantum non est causa actionis realis sed predicta separatio est tantum secundū rationē in telligendi. ergo per hoc fantasmatum nō potest realiter mouere intellectum. Item nichil agit nisi singulare sed per talem abstractionē fantasmatum non habet esse singulare vel reale ergo per talem abstractionē non conuenit sibi agere in intellectum. Sed secunda opinio dicit ꝑ fantasmatum dicitur mouere intellectū possibilem in virtute intellectus agentis non ꝑ fantasmatum aliquid recipiat i se sed magis ex parte effectus ita ꝑ fantasmatum et intellectus agens simul agunt in intellectum possibilem. nec vnum agit sine alio licet vnu nichil recipiat ab alio. sicut diceret ꝑ in aere est species coloris in virtute luminis: quia species coloris non fit in aere sine lumine. Sed contra. secundū hoc non deberet magis dici ꝑ fantasmatum mouet in virtute intellectus agentis ꝑ econuerso quia vtrungꝫ requiritur. Tertia opinio dicit ꝑ intellectus agens aliquid imprimat fantasmati in cuius virtute agit et illud impressum est aliqua immutatio spiritualis et quodammodo immaterialis non ex parte subjecti sed quia habet esse magis actuale et per consequens minus materiale quia potissima cōditio materie est potētialitas. Si dicatur istud impressum recipitur in organo fantasmatum ergo habet cōditiones individuantes et sic est materiale. Dicendum ꝑ verum est ꝑ est aliquammodo materiale ut dictum ē ex parte subjecti tamen tollitur ab eo conditio materie que est potētialitas vnde per ipsum fantasmatum fit magis potens et quia multis non placet ꝑ aliquid realiter imprimatur fantasmati ideo suadetur: quia fantasmatum mouet intellectum vel ergo habet virtutem mouendi de se vel ab intellectu agente. Si secundum sequitur ꝑ in se recipit aliquam virtutem. Si primum sequitur ꝑ fantasmatum est nobilior specie intelligibili. Forte dicas ꝑ non quia est causa partialis. Contra causa partialis se sola potest causare partem effectus ergo fantasmatum se solo potest causare speciem magis remissam.

Item si fantasmatum nichil recipit ab intellectu agente sequitur ꝑ nō est instrumentum eius. Ex hoc enim ꝑ securis est instrumentū ideo nunq; mouet nisi moueatur. si autem non est instrumentū sequitur ꝑ est perfectus suo effectu scilicet specie intelligibili alias non possit probare ꝑ intellectus agens sit perfectior possibili ut dicit phi. quia non est causa totalis quia fantasmatum concurrit. Quarta potest esse opinio ꝑ solus intellectus agens producit intellectionem et fantasmatum solum est causa sine qua nō ipsius intellectionis. Sed contraposita causa totali potest ponit effectus sed secus habet intellectum et tamen nō potest iudicare de coloribus. De opinione autem s.t. supra visum est disputando de intellectu agente ex San. Tho. in q. de anima. ar. xvij. ad vndecimum.

Quantum ad tertium dicitur ꝑ necesse est intelligentem pro nunc ad fantasmatum conuerti qui aut dicit s.t. i. parte. q. lxxvij. ar. vij. videmus ꝑ les organo leditur intellectus. ergo actus fantasmatum requirit ad actum intellectus non solum in acquirendo scientiam sed etiam in vrendo speciebus iam acquisitis. Et ideo frenetici qui sunt lessi in ymaginazione vlti targici in mēoria ipediunt ab actu intelligēdi. Scđo p3 qz quando aliquis conatur aliquid intelligere for-